HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh. Seite 228
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



populum tuum israel de terra aegypti. in signis et postentis in manu robusta et in brachio excelso et in terrore magno et dedisti eis terram hanc quam iuravisti patribus eorum ut dares eis terram fluentem lac et mel. Et ingressi sunt et possiderunt eam et non obaudierunt uocituae et in lege tua non ambulauerunt. omnia quae mandasti eis ut facerent non fecerunt et uenerunt eis uniuersa mala haec.

De generali transit ad specialem et quid propriae prestiterit israheli breui sermone percurrit. Qui posuisti ait signa et postenta in terra aegypti. quibus adflicta est aegyptus usque ad diem hanc. Et in israel et in hominibus siue terrigenis hoc quod dicitur usque ad diem hanc. posterioribus copulandum est. Ut legamus et in israel et cunctis mortalibus cotidie tua signa complentur. siue aliter signa adque postenta non solum in aegypto propter pharaonem sed usque hodie. Eadem tuae misericordiae fortitudo saluabit populum tuum et uniuerso generi humano creatoris sub uenis potestate. Et hoc notandum quod israel ab hominibus separat adque terrigenis. iuxta illud filius primogenitus meus israel. Et fecisti tibi nomen sicut dies haec. Laudes inquit tuae totius urbis sermone celebrantur. Et eduxisti populum tuum israel de terra aegypti. Pulchre dixit populum tuum. Eo enim tempore quo eductus est domini imperio seruiebat. Eduxisti autem signis et postentis quibus percutiebatur aegyptus. et in manu robusta et in brachio extento. et in terrore magno quando mare rubrum transeunti populo israel uiam praebuit. et aegyptium oppressit exercitum. Et dedisti eis terram hanc quam iuravisti patribus eorum ut dares eis abraham uidelicet. et isaac. et iacob. Ergo non suo merito terram repromissionis sed patrum accipere uisitatibus. Terram fluentem lacte et melle. Nec dum enim solidum poterant cibum capere sed melle et lacte nutriebantur infantie. Uel ceste melle et lacte. rerum omnium ubestate et habundantia. Et ingressi sunt et possiderunt eam. statim quia in possessionem. et in obedientiam nihil fuit medium. ubestas enim securitatem. securitas negligentiam. negligentia contemptum parit. Et non obaudierunt inquit uocituae. et in lege tua non ambulauerunt. Iustus ergo interim promisere dicentes. Omnia quae cumque dominus praecepit. faciemus. Non enim in sponsione sed in opere praemium est. Ad redundandam eorum impudentiam. Qui putant hominem omnia posse complere quae se facturum esse pollicitus est. omnia quae mandasti eis ut facerent. Non fecerunt et ceste se facturos promiserunt.